NICOLAUS DE LYRA
Salzburg/Bayern, um 1450 Seite 137r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8378
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Moyses edificauit altare et
sanguinem victime sup ppl'm in
signum pfectionis legis et moy
ses cum aaron et senioribus a
scendit ad dnm ad facti confir
macionem et sexto die exitus de
egipto dns audiente ppl'o locu
tus est decem precepta hic scribantur
prius data quia in sacra scriptura
aliqua prius facta frequenter scri
buntur posterius Doctores autem
nri dicunt communiter quod illud quod con
tinetur in isto capitulo fuit factum
post quam dominus dederat decem
precepta ore ppo quia cum ppl'us lo
quente dnm non posset sustinere
rogauit moysen ut ipse acci
peret legem a dno et eis refer
ret ut dcm est xx capo et tunc
ppl'o redeunte ad castra moyses
ascendit ad dnm et accepit iu
dicialia precepta et tunc descendit
ad ppl'm ad denunciandum et facta
est ista que scribuntur in hoc capitulo
et hoc dcm magis videtur concorda
re lre Renditque cunctus ppl'us postquam
audierat relationem moysi omnia
verba dni que locutus est tibi scilicet
faciemus ac si ipm loquente audis
semus Scripsit autem hic continenter po
nitur receptio legis facto et secundo legis
confirmacio et similiter receptionis
ibi ascenditque moyses Circa pri
mum dicitur Scripsit autem moyses
ad memoriam futuram universos ser
mones dni scilicet precepta iudicia
lia que retulerat ppl'o Ra. sa.
dicit quod tamen hoc scripsit a prin
cipio Gen ad decem verba dni
que fuerunt scripta in tabulis et
hoc est a principio Gen usque ad
xx capm Exodi Sed hic videtur
ficticium quia secundum ipm quod fuit factum

infra vnam diem quia statim subditur
et mane consurgens etc quod ipse
exponit de mane crastine diei
nisi quis velit dicere quod fuit ibi
miraculum vel quod scripsit multum
velociter vltra humanum modum
Edificauit altare dno ad ra
dices montis scilicet synay scilicet gratiarum
actionem et legis receptionem per
fectum vel subditur postea et xij
titulos aut qui dicunt quod fuerunt
xij altaria Alij autem quod fuerunt
xij lapides ex quibus construxit
vnum altare ad designandum ob
lationes xij tribuum et hoc vi
detur verius tamen quia magis consonat
lre cum dicitur edificauit altare
et non altaria et quia simile habetur
iij Re xviij capitulo de altare edi
ficato ab helya vbi dicitur quod tu
lit xij lapides iuxta numerum tri
buum filiorum iacob misitque iuue
nes de filijs israel et holocausta
obtulerunt Dicunt aliqui quod isti
fuerunt nadab et abiu filij aa
ron qui futuri erant sacerdotes
Alij autem dicunt quod fuerunt primoge
niti xij principum israel per hoc ve
rius videtur quia vsus ad sacer
dotium aaron quod non dum erat
institutum sacerdotium erat an
nexum ut dcm fuit Gen xxiiij
capo et xxvij vitulos xij li
xij non est in hebreo et ideo
videtur quod fuerunt tamen duo quia plus
numerus absque determinacione alicuius
numeri in hebreo significat communiter bina
rium Tulitque moyses dimidiam
partem sanguis et misit intra the
ras cyphos magnos habentes an
sas partem autem residuam fudit
sup iste sanguis erat signum re
ceptionis legis a ppl'o et foderis
inter ipm et deum Deus autem